



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 97. Matthæus Parkerus per Reginam in Cantuariensem Archiepiscorum
nominatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

statu notitiam hauriant, eosque in li- **Sæcul. XVI**
 bertatem afferant, ac denique Eccle- **A.C. 1559.**
 siasticos suis restituant beneficiis, qui-
 bus regnante Maria injuste fuerunt
 spoliati.

§. XCVII.

*Matthæus Parkerus per Reginam in
 Cantuariensem Archiepiscopum
 nominatus.*

Hæc exequendi provincia præprimis *Burnet hist.*
Eboracensi Episcopo committeba- *de la ref.*
tur: ut vero ejusdem facultatis diploma *l. 3. t. 2.*
pariter Parkero concedi posset, res di- *p. 561. §*
lata fuit, donec in Cantuariensem Ar- *597.*
chiepiscopum inauguratus esset; hanc *Rimer in*
quippe dignitatem Regina eidem jam- *act. publ.*
jam ineunte hoc anno destinaverat; *Angl. t. 15.*
cum enim illum suis consiliis feliciter
exequendis apprime idoneum fore cen-
seret, illum tam amplio munere
decorare totius viribus satagebat,
eo fine, ut illius opera ad propo-
siti sui executionem facile uti posset:
dum igitur omnia, quæ in primis cu-
jusdam regiminis auspiciis stabilire
oportet, prævia disposuisset, die deci-
ma octava Januarii hoc anno Christi mil-
lefimo quingentesimo quinquagesimo
nono diploma expediri jussit, vi cuius
Cantuariensi Capitulo Archiepiscopum
eligendi facultatem impertiebatur: cum

M 5

vero

Sæcul. XVI. vero iidem hi Canonici circa Re-
 A.C. 1559 ligionis negotia in diversa abirent studia,
 ac insuper illi, qui Religioni Catholicæ
 erant addicti, tum absentes essent, hinc
 ceteri, quamvis numero paucissimi, die
 prima Augusti in Matthæum Parkerum
 compromittebant, eum in suum Archie-
 piscopum nominantes; moxque Re-
 gina de illius electione certiorem red-
 debant, ut illam regio suo diplomate
 ratam haberet, quod ipsa etiam haud
 cunctanter præstitit, ac die nona Sep-
 tembris demandatæ facultatis literas
 expediri jussit, vi quarum Cutbertus
 Dunhelmensis, Gilbertus Bathonanus,
 David Petroburgensis, Antonius Taf-
 fensis, Guilielmus Barlavius designatus
 Cicestriensis Episcopus, necnon Scorus
 nominatus Herefordiensis Antistes no-
 vum hunc Præfulem sacrare jubeban-
 tur. Verum hoc ipsum Reginæ man-
 datum suo caruit effectu, quamvis illius
 caufa ignoretur: propterea tamen Par-
 ckeri inauguratio fuit dilata, ac non
 nisi Mense Decembri celebrata.

§. XCVIII.

*Episcopi pro inaugurando Parckero
 nominati.*

*Dissert. sur
 la validite
 des Ordin.
 Anglic. &*

Interim conjecturæ locus est, quod ex
 præfatis Episcopis nonnulli, cum Re-
 ligione Catholicæ essent, huic inaugu-
 ratio-